

EPISTLE: COLOSSIANS 3. 12-17

Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti, et dilécti, viscera misericórdiæ, benignitatem, humilitatem, modéstiam, patientiam: supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quid adversus aliquem habet querelam: sicut et Dóminus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem haec, caritatem habete, quod est vinculum perfectiónis: et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore: et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, et commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis, et canticis spirituálibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne, quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agentes Deo, et Patri per Jesum Christum Dóminum nostrum.

GRADUAL: Ps. 43. 8-9

Liberasti nos, Dómine, ex afflictionibus nos: et eos, qui nos oderunt, confundisti. V. In Deo laudabimur tota die, et in nómine tuo confitebimur in saecula.

ALLELUIA: Ps. 129. 1-2

Alleluia, alleluia. V. De profundis clamavi ad te, Dómine: Dómine, exaudi orationem meam. Alleluia.

Brethren: Put ye on therefore, as the elect of God, holy and beloved, the bowels of mercy, benignity, humility, modesty, patience: bearing with one another and forgiving one another, if any have a complaint against another: even as the Lord hath forgiven you, so do you also. But above all these things have charity, which is the bond of perfection: and let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. Let the word of Christ dwell in you abundantly, in all wisdom, teaching and admonishing one another in psalms, hymns and spiritual canticles, singing in grace in your hearts to God. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Jesus Christ our Lord.

Thou hast delivered us, O Lord, from them that afflict us: and hast put them to shame that hate us. V. In God we will glory all the day: and in Thy name we will give praise for ever.

Alleluia, alleluia. V. From the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer. Alleluia.

GOSPEL: MATTHEW 22. 34-46

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: Simile factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et supereminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patrifamilias, dixerunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, et colligimus ea? et ait: Nonne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum, Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

CREDO

OFFERTORY: Ps 129. 1-2

De profundis clamavi ad te, Dómine: Dómine, exaudi orationem meam: de profundis clamavi ad te, Dómine.

At that time Jesus spoke this parable to the multitudes: The kingdom of heaven is likened to a man that sowed good seed in his field. But while men were asleep, his enemy came and oversowed cockle among the wheat, and went his way. And when the blade was sprung up and had brought forth fruit, then appeared also the cockle. And the servants of the goodman of the house coming, said to him: Sir, didst thou not sow good seed in thy field? Whence then hath it cockle? And he said to them: An enemy hath done this. And the servants said to him: Wilt thou that we go and gather it up? And he said: No, lest perhaps, gathering up the cockle, you root up the wheat also together with it. Suffer both to grow until the harvest, and in the time of the harvest I will say to the reapers: Gather up first the cockle and bind it into bundles to burn, but the wheat gather ye into my barn.

CREED

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas. Per Dóminum.

We offer unto Thee, O Lord, the sacrifice of propitiation, that Thou mayest of Thy mercy, absolve us from our sins, and Thyself direct our inconstant hearts. Through our Lord.